



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars Prima. De Iurisdictione Et Foro Competenti. Pars Secunda. De  
Praeeminentiis & Praecedentiis

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. VIII. De jurisdictione omnimoda quasi Episcopali competenti Prælato  
inferiori ex Indulto Apostolico concesso pro aliquo Statu, vel locorum  
Universitate, An comprehendat locum, qui de tempore ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74087](#)

ta fixit pedes, non curando supradictarum aliarum responsionum robur examinare.

De testibus autem nuper vigore remissorialium datis, nulla fuit habita ratio, & merito. Tum quia eorum examen plures nullitatis defectus patiebatur, Tum etiam quia ultra contrarietates aliasque exceptiones in dicto, convicebantur de mendacio per scripturas & acta judicialia super exercitio jurisdictionis Abbatis.

Eoque minus ipsorum fidei deferendum era, atque ea pro suspecta habenda, dum deponebant de visitationibus aliisque actibus jurisdictionalibus in scripturam redigi solitis. Si enim veri essent, potuisset Episcopus habens in manibus proprium Archivium, in quo libiti visitationum, processus, & alia acta conservantur, id justificare per scripturas, non autem confugere ad solos testes, cum quibus hodie ob corruptos mores satis caute procedendum est. Unde propterea, reflectendo etiam ad veritatem, justa beneque fundata mihi visa est praesens resolutio, nisi ex combinatione actuum sufficere posset difficultas superius excitata, ita ut data compatibilitate diversarum specierum jurisdictionis, aliquae jurisdictionis species remanerent in Episcopo pacifica & non interrupta, quo casu stante centenaria, dicitur responsiones alias solidae patentur suas difficultates.

H Y S P A L E N  
JVRISDICTIONIS  
PRO  
ABBATE OPPIDI DE OLIVARES,  
C U M  
ARCHIEPISCOPO ET CAPITULO.  
*Casus discussus in signatura Sanctissimi, &  
pro Abbae resolutus.*

De jurisdictione omnimoda quasi Episcopali competenti Prælati inferiori ex Indulto Apostolico concessio pro aliquo Statu vel locorum Universitate, An comprehendat locum, qui de tempore Indulti destinatus erat, ut dictæ Universitati uniretur, non tamen adhuc ad actum unionis devenit, Et aliqua de materia aperitionis oris aduersus gratiam cum decreto irritanti & clausula sublata.

S U M M A R I U M.

- 1 *F*acti series.
- 2 *D*istinguuntur species aperitionis oris adversus decreto irritans & clausulam sublata.
- 3 *Q*uando concedatur aperitio cam reductione seu remotione grata.
- 4 *I*n erectionibus Cathedralium vel Collegiarum utpote de sui natura prejudicialibus necessaria non est derogatio regula de jure tertii, & quid operetur clausula fine prejudicio.
- 5 *Q*uale in proposito dicatur prejudicium considerabile.
- 6 *Q*uando concedatur oris aperitio pro simplici habilitate.
- 7 *S*ola cogitatio generica salvat à vizio obreptionis.

8 *S*ub privilegiis concessis Regi Hispaniarum anno quando veniant reliqua eius dominia extra Hispaniam.

9 *D*ecretum irritans & clausula sublata non probabit cognosci de non comprehensione.

10 *S*ignatura gratia non solet restringere in iis que sine Principi extraordinaria potestate competunt.

11 *D*e regula univorum revocatoria.

12 *F*acultas Executoris non expirat in habentibus tractum successivum.

D I S C . VIII.



E Anno 1623. Urbanus VIII. Parochiam Ecclesiam Oppidi de Olivares erexit in Collegiatam, cuius principalis Dignitas & caput, Abbas maior nuncupari deberet, ei que pravia separatione territoriorum a quibusdam Diocesibus, praesertim vero ab ista Hispania, subiecti universum statum & Comitatum de Olivares & Baida, ac etiam locum nuncupatum Sanlugar la mayor, noviter emptum per modernum Comitem, ad cuius preces, instante Rege Catholicῳ Philippo IV. hujusmodi Indultum concessum fuit, ita ut Abbas predictus in hujusmodi Statu & Comitatu, tanquam verus Ordinarius omnimodam haberet quasi Episcopalem jurisdictionem, privativę ad Archiepiscopum Hispaniensem. & quoscunque alios Diocesanos, a quibus dicta dismembratio facta est.

De tempore autem, quo dictum Indultum concessum fuit, Comes predictus tractaverat & concluserat emptionem loci predicti de Sanlugar, sed ob Regium assensum expedientem, aliasque solemnitates in hujusmodi bonorum translationibus adimplendas, ad effectuationem devenit non erat, atque vere illius dominium & possessionem non habebat.

Ex hac autem circumstantia, Archiepiscopus & Capitulum, acquiescentes donec dictus Comes apud Regem in summa gratia, & auctoritate fuit. Eo defuncto pretendere coepérunt indultum predictum non suffragari quoad hunc locum, utpor tuncto dicto Statui non unitum, neque adhuc acquisitum. Sed quia obstabant, clausula sublata, & decreto irritans in eodem Indulto contenta, claudentia os Judicii & parti, idcirco adita fuit Signatura Sanctissimi pro aperitione oris ac reductione gratiae, petitionem fundantes in duplice fundamento, Primo nemp̄ in gravi prejudicio ex dicta gratia resultante Ecclesia Hispaniæ. ob dismembrationem hujusmodi locorum, praesertim superdicti De Sanlugar. ex ejus situatione, aliquæ circumstantias valde considerabilis; Et secundo ex defectu intentionis Papæ seu obreptionis gratiae, dum presuppositum fuit locum predictum spectare ad Statum & Comitatum de Olivares, quod de tempore concessæ gratiae in facto non subistebat, quia non nisi ad plures menses subsequentes, Comes hujusmodi loci Dominium, cumulando vulgares auctoritates super gratia nullitate ex causa subreptionis vel obreptionis, seu ejusdem reductione concedenda ob alterius grave prejudicium.

Et his addebant quoque motivum regulæ revocatoriaz Innocentii X. ex eo intrantis, quod cum ad Comitis successoris instantiam de Anno 1653. obtenta esset à Nuncio Apostolico sententia super executione & observantia litterarum Apostolicarum

# ET FORO COMPETENTI. DISC. VIII.

29

rum desuper expeditarum, exinde resultabat, gratiam Pontificis praedecessoris, ut potè effectum non sortitam, sub regula predicta cadere.

Pro Abate & Comite scribens, etiam cum sensu veritatis, dicebam in justam esse petitionem idcōque rejiciendam commissionem, nūb̄l scribendo, prout de facto' proposita causa sequutum fuit. Distinguendo siquidem speciem aperitionis oris (ad quam scribebant, moderata petitiō contenta in commissione alternativē se restringebant, saltem altetam faciliorem petendo.)

Ad duplē effectum hujusmodi p̄petitio peti, & respettive concedisole, Primo nēmē cum reductio gratiae ita ut ejus substantia, & jus gratiā quāsumum tollatur, vel minuatur; Secundō vērō, ut firma remanente gratia, eisque substantia non alterata, petens admittatur solum ad opponendum de ejus nullitate resultante ex subreptione, vel defectu intentionis, ita ut sit simplex habilitatio judicis & partis, ad opponendum, & respectivē judicandum id, quod adversus gratias validitatem vel operationem de jure fieri posset, nisi de c̄es. iritans & clausula sublata obstant.

Ad primum effectum id concedi non solet nisi ex magna causa, & accedente exorbitantia s̄e, quam gratia recte inferat Gratian de c̄pt. 959. in p̄tr. Rot. dec. 461. num. 6. & seqq. par. 1 rec. dec. 297. & 485. par. 4. 10. 2. utrebiue in p̄ncipio in Roma, seu Amerin, aperitionis oris 27. Iunii 1635. coram Cōc. dec. 318. par. 11. rec. praeſertim ubi gratia est ja executioni demandata ut in specie d. dec. 483. n. 5. p. 4. 10. 2.

Ad hunc autem effectum, non omne praejudicium in genere attenditur, quoniam gratia super novis erectionibus semper, & de sui natura sum praejudiciale, cum practicari non possint sine dismembratione, que de necessitate importat praejudicium illius Ecclesiae, à qua illa fiat, unde propterea receptum habemus, quod licet ex regulâ de iure tertius questionis non sollestat gratia tertio praejudiciale, ejusque jus tolentes non subsistuntur, nisi cum speciali derogatione regulâ praedicta, hoc tamen cessat in hujusmodi novarum erectionum gratia, ut potè de sui natura, & per necessitatem praejudiciale, Adē ut, etiam si in ipsiusmet gratia expressè adjicatur clausula fine alterius praejudicij, adhuc intelligitur de alio forsan particulari verisimiliter. Papæ ignoto, non autem de isto generali de natura gratiae resultante, quia clausula praedicta intelligitur in aliis præterquam in expressis, ut de utraque propositione Seraphin. dec. 1445. num. 5. & 6. Buratt. & Adden. dec. 193. & 576. dec. 24. par. 5. recent. & de c̄pt. 11. num. 25. p. 6. cura alii plene cumulatis per Adden ad dec. 2. n. 286. & seq. par. 3. rec.

Et sic de illo gravi praejudicio verisimiliter per Papam incogitato, & quod sibi notum eum retraxisset à gratiae concessione, quia nēmē per hujusmodi dismembrationem prior Ecclesia nimis depauperata remaneret, ita ut ejus Dignitas vilesceret; Si enim solum praejudicium generale sufficeret, prædicti inconvenientis non producuntur, resultaret exinde ligatam esse potestatem Papæ faciendo novas erectiones Cathedralium, & successivè revocari debuissent erectiones præsternim erectione, que continentur in extravaganti Salvator, dum ex una Diocesi Tolosana quinque Episcopatus erectionis sunt, quod utique magnam ejus dismembrationem importavit, prout Paulus IV. ex sola Diocesi Melitina, undecim alias Episcopatus crexit, cum similibus de quibus in Burgen. erectionis Cathedralis hoc vob. libro sub tit. de preminentia dicit. 6. Unde cum absque dubio magna Diocesi, & diffissima Ecclesia Hispaniæ, hujusmodi dismembratio non adeo grave praejudicium inferret, dum nil feret de ejus priori dignitate & decoro minuerat, idcirco incongrua erat hujusmodi gratiae petitio.

Ad alterum vero effectum simplicis aperitionis oris pro sola judicis, & partis habilitatione ut supra, Signatura gaudiare solet de meritis, an scilicet objēcta nullitas ex capite subreptionis vel defectu intentionis, habeat necne aliquod probabile fundementum, in cuius calu concedi solet, secus è contra. Atque ad hunc effectum Papa in hoc Tribunali adhibet duodecim Praelatos peritos, de quorum voto consultiuo, quando sibi placet ferendo, rescribere solet, cum adversus gratias, præsternim exequitas non debeat Princeps litibus calumniis, & injisis adiutum aperire, ut per Marchesan. de commiss. aperitionis oris par. 2. §. 1. num. 65. fol. 47. & in d. decif. 485. par. 4. rec. tom. 2. & 358. par. 11.

Nullum vero dicebam adesse probabile fundementum, ex quo hujusmodi gratia de jure impugnari posset, illud siquidem minus veitæ narratiæ super acquisitione Oppidi Sanugar, eisque unionis & pertinentiae ad Statum, & Comitatum de Olivares, nimis leve videbatur ( quale ut supra persignaturam reputatum fuit) quia licet de tempore gratiae ob adhuc non completas solemnitates in hujusmodi feudorum, seu bonorum jurisdictionalium alienatione ferandas, Comes legaliter dominium dicti loci natus aea Card. de Luca de jurid. & Foro Compet.

eset, nihilominus quoad conventionem partium, jam illum acquisierat, dum perfectus erat contractus emptionis, & sic verificabatur gratia præsuppositum, quod hujusmodi locus nuper per Comitem esset quæstus; Rigorosa vērō intelligentia, quod haec acquisitione adhuc perfecta & legitima dicin non posset, nullatenus obstat, Tum quia ad effectum sublinendi gratiam sufficit ejus narratiā verificari de facto, ex deductis per Adden. ad Buratt. decif. 778. & est frequēt̄ beneficitarum propofitio, de qua plurimis in sua materia fuit ita de benef. Tum etiam quia ejus falsitas debet esse talis, quod verisimiliter Papam a gratia tetraxifet, ita ut intentionis defectus probabiliter adesse dicatur, cum aliis pro gratia sublinenda, genericā, seu verisimilis cogitatio sufficiat Buratt. decif. 853. n. 6 dec. 118. n. 17. post Vian. de iure patr. cum aliis in Valentina Parochialis 28. junii 1647. coram Corro 10. 7. par. 10. rec. & est propofitio in beneficiis frequēt̄.

Ad effectum enim ut locū dicatur unitus, & de pertinentiis aliquis Status, Provinciæ, vel respectivū prædiū, at tenditū voluntas seu definitio ipsius acquirentis, qui est ut iusque Dominus ad tex. in l. 5. cui ades ff. de leg. 3. cum concordan. de quibus Galeot. contr. 22. lib. 1. Rot. in Bononia liquidationis pretii 4. iulii 1644. coram Emerix de qua causa habetur in Bonon. legat pro Zambeccaria sub tit. de legatis, & in Romana p̄tationi pro confraternitate SS. Trinitatis sub tit. de servit. ad m̄t. rerrat. Unde propterea habemus, quod concurrente verisimili intentione, sub nomine Regis Hispaniarum, contineantur etiam in iprivilegiis, Regnum Neapolis, & alia dominia extra Hispaniam, ut habetur apud Mantic. dec. 59. licet hoc suas habeat difficultates; ex iis qua habentur in Barchion. Canonie, coram Verospio dec. 316. par. 9. rec. & in ead coram Roias inter suas dec. 279. 281. & 286. & de quo in Pampl. decim. de Taffalla hoc lib. sub tit. de preminentia d. 29. Quam tamen inspectionem in praesenti afflumere, & examinare opus non fuit, licet pro altera parte scribentes super hujusmodi materiis, nimium divagarentur; Tunc enim dicebam de hoc puncto inspicendum esse, quando indulsum loquenterū de Comite de Olivares eisque Statu, an se, sub ejus nomine venires istud Oppidum de tempore gratiae adhuc saltem valide & perfecte non acquistum, neque incorporatum, quo etiam casu, adhuc incongruam dicebam petitionem aperitionis oris, cum effet articulus comprehensionis, de quo Judge sine hac habilitatione cognoscere non prohibetur.

Siquidem decrevum irritans, & clausula sublata claudunt, ag ligant culcumque Judicis & manus in iis quæ gratiam tollunt vel minuunt, non autem super iis quæ prætenduntur non comprehensa, quia impugnare non dicitur, qui non comprehensionem allegat dec. 266 in fin. par. 7. recent.

Et ex qua ratione Ego & ceteri pro hac parte scribentes respondebam ad objecta, quæ sūlo calamō, cum inani forsan labore, deducebantur super pertinentia decimatarum in hujusmodi locis dismembratis, quasi quod Papa de eis expressè non disponente, remanerent in priori eorum statu; In hoc enim dicebam, quod actores uterentur jure suo coram judicibus competentibus, absque necessitate expectandi rescriptum Signaturæ gratiae, quæ rescribere non solet in iis, quæ sine gratia exerceri possunt per petentem de jure, in quibus rescribendi stylus est, quod uiatur jure suo.

Ad objectum demum regulæ revocatoriarū, facilis erat responsio, eam sc̄c procedere in gratiis, quæ de tempore emanantis regulæ effectum sortitæ, nō essent, & ad quam regulam evitandam sufficit leffetatio in parte Buratt. dec. 870. n. 4. Gregor. & Adden. dec. 557. dec. 209. par. 6. recent. & in aliis in sua materia sub tit. de benef. in propofitio regulæ revocatoriarū uniuersum. Unde cūm in facto doceretur de gratiae effectuatione usque ab eius initio cum successiva observantia per an. 30. & ultra, prorsus vana remanebat objectio malè deducta ex tentativa executori obtenta à Nuntio de an. 1633. cūm illa nō percuteret novam executionem, sed successivam & continuativam pro repellendis, judiciali auctoritate, illis molestiis, quæ adversus gratiam jam de facto prius exequitatem inferebantur, Unde licet facultas executoris expireret per an. seu facta semel exequitione ipsius jurisdictionis cesset, Receptum tamen habemus eam durare in concorrentibus observantia

exequutionis jam factæ, & sic exequutionem continuativam, ne illa semel facta, impedito ejus effectu, inanis remaneret ex deductis decis. 21. & 265. par. 7. recent. ubi de materia.

## ANGLO N E N. JVRISDICTIONIS

P R O  
E P I S C O P O ,  
C U M  
A B B A T E S E U C O M M E N D A -  
T A R I O M O N A S T E R I I S . E L I A E  
D E C A R B O N E .

*Casus decisus per Sac. Congregationem Con-  
cili pro Episcopo.*

De eadem materia territorii separati, ac jurisdictionis Pralati inferioris in locum, & populum alicujus loci; Et quid in hoc oportentur dominium & jurisdictione temporalis ejusdem loci penes ipsum Praelatum inferiorem.

### S U M M A R I U M .

- 1 *Faci series.*
- 2 *De jurisdictione laicali, quam habent in Regno Neapolitano aliqui Pralati Ecclesiastici, quid importet.*
- 3 *Decisio Sac. Congregationis.*
- 4 *De probatione situationis loci in Diocesio.*
- 5 *De probatione territorii separati.*
- 6 *De restrictione ad titulum exhibendum tanguam meliorem.*
- 7 *De actibus possessoriis Episcopi exclusivis immemorabilis praeterea à Praelato inferiori.*
- 8 *Quid in hac materia operetur possessio jurisdictionis temporalis in loco, examinatur.*

### D I S C . I X .

**N**ra limites Diocesis Anglonen-  
extat Oppidum nuncupatum *De Carbone*, ibique Monasterium sub invocatione S. Eliæ Ordinis S. Basili, cuius Abbas, ex antiquis Regum concessionibus, est ejusdem Oppidi utilis dominus, cum jurisdictione laicali in causis civilibus, & forsitan mixtis, non autem criminalibus, quarum jurisdictione per Regem alicui sectari in feudum concedi solet ut ferè universalis est consuetudo in eo Regno quoad oppida & loca, que per Ecclesias possidentur, ut sunt Ecclesiæ Consan, Policastron, Tricaricen, pluresque aliae, & de quo jurisdictionis concursu, seu competentia inter Praelatum Ecclesiasticum, & Feudatarium secularem plura præsertim habentur apud Ronitum super pragmaticis in pragm. 1. de jurisdictione invicem non turban, ubi registrantur aliqua Decreta super natura causarum, quando dicantur criminales, civiles, vel mixtae respectivæ.

Occasione autem istius dominii, & jurisdictionis, juxta satis frequentem & penè universalem om-

nium hujusmodi Pralatorum hanc jurisdictionem temporalem in loco habentium, nec non ratione privilegiorum à Sede Apostolica huic Monasterio concessorum super ejus exemptione ab Ordinarii jurisdictione, copit etiam d. Abbas exercere spiritualia, & quasi Episcopalem omnimodam privati- vè ad Episcopum, qui fortè ante publicationem s. Concil. Trid. nullatenus in hoc loco se ingerebat, Post dictam verò publicationem exercere coepit jurisdictionem ab eodem S. Concil. Ordinariis locorum delegatam in locis exemptis in casibus ibi expressis, satis autem dictum exercitum interruptum fuit, vel ex Episcoporum pro tempore negligentiā, vel probabilitus ex motivo reverentia habitæ aliquibus pro tempore ejusdem Monasterii Commendataris, Cumque ad istam Ecclesiam Anglonen. promotus fuisset Franciscus Antonius de Luca Archidiaconus Melphiæ, Iste, ut suo muneri satisficeret, curavit suam Ecclesiam de dicta jurisdictione penè in defuetudinem abita reintegrandam, unde propterea habito recursu ad S. Congreg. Concilii.

Asumpta desuper disputatione, cum ex parte dicti Abbatis, seu Commendatarii prætenderetur omnimoda jurisdictione quasi Episcopalis cum territorio separato & qualitate *unius*, potissimum constitutam fundationem in privilegiis Apostolicis hujus Monasterii amplam exemptionem continentibus, registratis in quodam liberculo impresso, qui occasione confimilis controversia compositus fuit per eruditissimum ac magnum linguae latine professo- rem Paulum Amelium SS. Archiepiscopum prius Cusentini, deinde Urbinate, qui idem Monasterium ex resignatione forsitan insignis. Cardinalis Sanctorii patrui, Sancta Severina, nuncupati, ob- nebat, Et ulterius scribentes pro dicto Commenda- torio, magnam vim confituerent in dominio & jurisdictione temporali ejusdem loci, quasi quod ex dispositione ejusdem S. Concil. Trid. Seff. 25. deregular. cap. 11. ob istam circumstantiam cesseret dicta delegata jurisdictione alias locorum Ordinariis in locis & personis exemptis attributa, & constituar istos Praelatos ita qualificatos in aliquo statu diverso, eodem modo, quo diversificari illos, qui essent capi- ta Religionum in locis sua Residentia.

His non obstantibus, cum justitia fundamento, post binam disputationem de anno 1650. prodiit consuetum rescriptum, quod scilicet dum nullum exhibebatur privilegium Apostolicum concessum 3 territorii separati, *Episcopus manutendus esset in quasi possessione exercendi jurisdictionem à S. Concil. Trid. & Apostolic Constitucionibus delegatam in locis exemptis, donec per privilegium vel per immemorabilem per tres conformes canonizatas doceretur de territorio separato*, in cuius rescripti executionem Episcopus visitavit, dictamque jurisdictionem plures exercuit, donec præfuit dictæ Ecclesiæ, à qua deinde ad Nazarenam translatus fuit.

Tres igitur fuerunt hujus disputationis puncti, Primo super situatione hujus loci intrà Diocesim, cum hæc sit fundamentum intentionis Episcopia- gentis contrà inferiorem Praelatum pro dicta jurisdictionis exercitio. Secundo super præterito territorio separato. Et tertio quid in proposito operaretur dominium temporale loci controversi.

Primus videbatur plantus, Tum ex situatione loci undiq. circumdati ab hac Diocesi, absque eo quod alter Episcopus esset, seu alias fuisset in causa. Tum etiam quia in eisdem privilegiis exemptis in supra- dicto liberculo impressis, Monasterium enuncia- tur situm in hac Diocesi, unde propterea versaba- mur

